

Johann Daniel Overbeck

## **Memoria Vitae Viri Nobilissimi Prudentissimi Et Amplissimi Iohannis Friderici Bagge ... Litteris Consignata**

Lvbecae: Typis Ioh. Dan. Avg. Fvchsii, [1784?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1734032278>

Druck Freier  Zugang



4°

*Hertel.*  
*Page.*  
*1784.*

Jz II  
67-4°

J 7 II  
67 - 40

MEMORIA VITAE

VIRI

NOBILISSIMI PRVDENTISSIMI ET AMPLISSIMI

IOHANNIS FRIDERICI BAGGE

INCLITAE REIP. LVBECENSIS

SENATORIS MERITISSIMI

LITTERIS CONSIGNATA

IOHANNE DANIELE OVERBECK

GYMNASII LVBEC. RECTORE

SOCIETAT. TEVTONICAR. GOTTING. IEN. ET ALTDORFANAE

LATINAE MARCHICOBADENSIS COLLEGA HONORARIO.



LVBECAE

TYPIS IOH. DAN. AVG. FVCHSII

**S**icut animos hominum et pectus religio Christiana, sic etiam linguas et orationem, sublimiorem reddidit altioremq. Cuius rei specimina verborum licet capere multorum, qualia sunt: Mysterium, Euangelium, Sanctus, Pater, Angelus, Apostolus, Fides, Gratia, Spes, Caritas, Conscientia, Fiducia et alia paene sexcenta. DEVM ipsum quis appellare tam erecta mente, quam decet, sine illa religione didicisset? Eminet inter haec quoque vocabulum, quod est SOTER. *Hoc quantum est?* CICERO interrogat (1), et respondet: *Ita magnum, ut Latino uno verbo exprimi non possit. Is est nimirum SOTER, qui salutem dedit.* Nec dum enim aut norat orator vocabula, aut usu fati trita videbat, quibus aut *Seruator* aliquis dicitur, aut *Saluator*, (2) aut *Sospitator*. Ille vero tandem quidquid illo de verbo iudicet, nullo potest modo idem sentire, magnum atque sublime, quod nos, quando hunc DEVM cogitamus, hunc hominem, qui sua nos morte, suo sanguine seruauit. Deos autem sibi qui fecerant olim multos, ac potius deaestros, illi eosdem quando Soteris nominabant, ut vnum illum et supremum, nescio quem, ARISTOTELES (3), Iouem ARISTOPHANES (4), Castorem & Pollucem HOMERVS (5), alii alios (6), ab illis horum aliquis qui poterat ita vocari, quemadmodum a nobis, auctore Apostolo (7), *DEVS immortalis, qui est SERVATOR, ut omnium hominum, ita maxime fidentium?*

Iam si ne deorum quidem horunce, multo minus hominum vllorum erat, nominis illius, quod ipsis dabatur, implere mensuram, ut Lago geniti Ptolemaei, regis Aegypti, quem Sotera dictum alii voluerunt (8) viuo Alexandro, alii mortuo (9), et Antiochi Demetriique Syriae regum, quorum ille ab historiae scriptoribus (10), hic a Babyloniiis (11), illud nominis accepit, item aliorum (12).

Equidem nomen hoc si cuiquam praeter CHRISTVM tribuere cogerer, conuenire dicerem in neminem, nisi vel in praekonem sacrum fideliter suo munere fungentem, vel in caeterorum hominum aliquem vere Christianum; illud quidem, quia PAVLLVS Apostolus TIMOTHEO suo (13) pollicetur, fore, ut ille *et semet ipse seruet, et hos, qui sese audiunt*, hoc autem, non modo ob notissimum carmen milliesque repetitum et vere nobile GELLERTI, sed etiam ob illa maxime verba, quibus epistolam suam sanctus IACOBVS finiit (14): *Fratres optimi! Si quis vestrum aberrauerit a vero, is, qui reuocauerit eundem, sciat, reduxisse aliquem noxium in viam rectam, esse restituisse vitam mortuo & obtexisse cumulatam scelerum iniquitatem.* Etiam illud addo: Si vixit olim aliquis inter Pontifices Romanos *Concordius*, qui sit *Soter* vel nomine dictus, vel etiam cognomine, quem quidem illorum fuisse tertium decimum dicunt ii, quos maior eorundem, quam nos, cura tangit (15), hunc facile patior *Soterem* nominatum, si modo floruit ea pietate, qua non est incredibile, hominem, qui vixerit, ut de illo traditur, saeculo post CHRISTVM natum secundo, florere potuisse.

Sed haec hactenus, quae meditari statim venerat in mentem, quum audieram, die illo, quem in factis nomen Concordii Soteris illius insignit, exhalasse suam animam VIRVM, de quo scribendi aliquid, fore coniciebam, ut mihi prouincia traderetur. HIC enim sane, si quispiam, *concorditer* omni tempore cum bonis omnibus et omnino ita vixit, ut ob eas causas, de quibus dictum est, *Soteris* etiam nomen gerere suo quodam iure posset. Tantum erat pietatis exemplum. Tantum etiam solebat studii et in semet corrigendo beandoque, et in aliis, vbicunque liceret, iuuandis et emendandis, collocare. De quo quisquis ipse cupit recte iudicare, is, vbi velit, vtatur his, quae iam breuiter diligenterque narrabo.

Gothenburgi in Scandia natus est IOHANNES FRIDERICVS BAGGE anno saeculi huius, quod a suo propius exitu abest, vndecimo, ante diem duodecesimum Iunii.

Ibidem Pater LAVRENTIVS BAGGE Mercator, Decuriones et eos inter vitam agebat, quibus curam atque tutelam suae sacrae ibidem aedis natio Germanica demandauerat.

Mater ANNA MARGARETA gentis fuit eorum, qui CALMS apud Gothenburgenses dicti fuerunt.

Paternae stirpis Auus, FRIDERICVS BAGGE A. M., apud Noruagos duobus in oppidis Marstrandra Sohlebergaque sacros greges eodem pauit tempore et simul sacris rebus praepositus fuit. Aua ELISABETA WANDELINA, quum octogenaria moreretur, duodecentum superstitum de se genitorum capita, Borealis documentum fertilitatis, relinquebat.

#### Generis

(1) Lib. II. c. 63. f. 154. in Verrem, quem in Sicilia non solum Patronum istius insulae, sed etiam Sotera inscriptum viderat Syracusis.

(2) Conf. CELLAR. Cur. poster. p. 124. et 168.

(3) De mundo c. 7. Opp. T. II. p. m. 1222. interpr. GVIL. BVDAEO: *Vnus quum Deus sit, pluribus nominibus appellatus est.*

— — *Atque eum quidem tum Zena, tum Dia vocant, inter se compositis vtentes nominibus atque e regione collocatis, tanquam duabus his vocibus significare velint, per quem viuimus.* Καλῶσι δὲ αὐτὸν καὶ Ζῆνα καὶ Δία, παραλλήλοις χρώμενοι τοῖς ὀνόμασιν, ὡς καὶ εἰ λέγομεν Διὸν Ζῶμεν. — —

Denique *SERVATOR* dicitur & *Affertor*, ΣΩΤῆΡ τε καὶ Ἐλυθέριος.

(4) In Pluto Act. IV. Sc. 3. v. 28. et Act. V. Sc. 2. v. 5. et 19.

(5) Hymno in Iouis pueros 2. v. 4. 199.

τῶς ὑπὸ ταυγέτη κορυφῇ, ὄρεος μεγάλου, (Λήδη)

μιχθεῖο' ἐν φιλότητι κελαϊνεφέϊ Κρονίωνι,

ΣΩΤῆΡΑΣ τέκε ΠΑΪΔΑΣ ἐπιχθονίων ἀνθρώπων

ὄκυπτόρων τε νεῶν.

Id est, interprete NATALI COMITE Mythol. Lib. VIII.

c. 9. p. 850.

*Taygeti peperit Leda hos sub verrice montis*

*Aethereo coniuncta Ioui, cui sidera parent.*

*Haec peperit miseros SERVANTIA PIGNORA nautas*

*Atque rates.*

(6) De diis, quibus nomen τῶν Σωτήρων impositum nummi ve-

teres & inscriptiones docent, erudite disputat EZECH. SPANHEMIVS Dissertat. 7. de vsu et praestant. vet. numism.

(7) I Tim. IV. 10. Ἠλπίζομεν ἐπὶ Θεῷ Ζῶντι, ὃς ἐστὶ ΣΩΤῆΡ πάντων ἀνθρώπων, μάλιστα πιστῶν.

(8) Ii scilicet, quos refellit ARRIANVS de expedit. Alex. Lib. VI. c. 11. f. 14. 15.

Praeter hos GILBERT. COGNATVS in annot. ad LVCIANI dial. mort. Opp. T. III. p. 46. Qui ta-

men ea tradit, quae minime possunt omnium cum ARRIANI narratione consistere, existimans, liberatum ab Oxydracis, Indica

gente, Alexandrum opera Ptolemaei fuisse, quum Alexander ipse, ut apud ARRIANVM legimus, hos vicerit barbaros, quo tempore

ne secum quidem Ptolemaeum habebat. (9) A Rhodiis nempe, quos a Macedonum rege Demetrio Poliorceta obseffos Ptolemaeus

Lagi liberauerat. Qua de re PAVSAN. Lib. I. p. 14. DIO. DOR. SIC. et PLVT. in Demetrio conferendi sunt.

(10) Apud HVMFREDVM PRIDEAVX in opere, quo connexionem ostendit vet. et n. Testamenti cum scriptoribus exteris, P. II. p. 30. ed. germ.

(11) Quum scilicet elapsus Demetrius Roma, vbi obseffes haeserat, vix occupasset ipse Syriae regnum et statim repulisset a Babyloniiis quoque duos tyrannos. Conf. idem PRIDEAVX ibid. p. 279.

(12) Vid. EZECH. SPANH. vbi supra, et in obseruation. ad CALLIMACHI hymnum in Delum, p. 432.

(13) I Tim. IV. 16. (14) Iac. V. 19. 20. (15) Vid. B. PLATINA in vit. Pontif. Romanor. Colon. Agv. 1626. 4. p. 20.

Generis Materni Auus IOHANNES idemque prisca consuetudine HANS CALMS, Hamburgensium ciuis natus, Gothenburgensium factus, et inter hos eosdem mercator fuit, Auia vero CATHARINA gentis illorum, qui dicebantur A SETH.

Proauos hinc Abauosque solos possum prodere, Paternos pariter atque Maternos, illos Noruagos, more patrio auita gerentes nomina, paterna filiis dantes, horum Suecos duos, et Hamburgenses totidem, non Proauias Abauiasque, quarum notitia me praeterit, nempe Proauum Paternum NICOLAVM FRIDERICI BAGGE Marstrandensis curiae Magistrum, ordinis mercatorii, secundum LAVRENTIVM PASCASII WANDELINVM, qui Marstrandae sacrum gregem paut, Maternum primum HENRICVM CALMS, qui pannos fecit Hamburgi et ibidem Centurio Ciuium fuit, secundum RÜDIGERVM siue RATHGE A SETH, qui Praefecturam Regiam Wettlandiae prope Stromstadium administravit, Abauum Paternum primum FRIDERICVM NICOLAI BAGGE Aggerhufanum, apud Marstrandenses Curiae Magistrum et ordinis mercatorii, tertium PASCASIVM LAVRENTII WANDELINVM, Maternum primum IOACHIMVM CALMS, qui posteaquam Brunsuiga, vbi Patre SALOMONE CALMIO natus erat, concefferat Hamburgum, primus nomini gentili CALMIORVM, sonum sibilantem, qui frequens est hominibus nostris, addi passus est, tertium ANDREAM SETHVM, qui ciues inter et mercatores honeste se aluit cum suis Gothenburgi.

Ibidem Parentes, quos diximus, hunc Filium suum, quem de duodecim natis maximum praeter duas filias habebant, ita educarunt, vt ante omnia DEVM Redemptorem agnoscere, amare, venerari, imitari disceret, et deinde mercaturae aliquando faciendae, cuius ingrediendae rei dabatur occasio mature, aptus redderetur, quod vtrumque non monitis magis atque praeceptis, quam valentiori etiam exemplorum efficere pulchritudine et splendore studuerunt.

Quintum decimum hinc ingressus aetatis annum, qui saeculi erat vicesimus sextus, mercaturae se dare incepit, profectus Lubecam vna cum hero suo futuro, mercatore tum florentissimo et spectatissimo Ciue, LAVRENTIO MÜNTERO, Lubecensi, sub quo septem posuit annis rudimenta, non otiano libidinandoue, quod nunc saepe fieri que-runtur, sed strenue laborando; deinde quadriennium tablino praefuit. Quo tempore et duobus annis XXXIII. et XXXVI. quatuor in Daniam atque Sueciam itinera pro hero fecit, et in horum tertio Malmoae, suadente curiae magistro IOSIA HEGARDO, in ordinem Sancti Canuti non ignobilem intrauit, at semper, siue peregre, seu domi, sibi curae esse, quid ordini deberet, humanorum omnium summo, scilicet Christiano, cunctis occasionibus ostendit.

Suum vero iam certus instituire mercatum, ardentem inuocato numine, vale vltimum hero illi non sine manifestis gratiae mentis indicis dixit a. XXXVI. a. d. XIII. Aprilis, et ingressus est cum Affine postmodum suo reique publicae meritissimo Senatore, EBERHARDO IACOBO KIPP, mercandi societatem, in qua ad annum vsque LXXII. a. d. IV. Aug. adeoque ad mortem eius vsque permanfit, immo post hunc obitum quoque cum heredibus Viri, donec elapsa aliquo tempore vinculum illud dissolueretur.

Accrescentibus interea negotiis hisce suis priuatis quum in dies maiora publica, quae ciuibus dari solent, accedere videret, matrimonii pium, faustum, delectabile, et petiit a DEO, et impetrauit felicissime alleuamentum, desponsata sibi Virgine nobilissima et ob sanctissimam quandam religiosissimamque animi probitatem sibi simillima, CHRISTINA IVDITH, patre IOHANNE STOEVERO, spectatissimo quondam florentissimoque Mercatore a. IX. a. d. XI. Septembr. nata; quae quidem sponsalia facta sunt a. XL. a. d. IV. Febr. nuptiae vero dilatae vsque ad quintum inde sextumque mensem. Instabat enim Sponso per Daniam iter in Sueciam, quod in illa ipsa grauiissima hieme differri erat nefas. In quo quum diuertisset Gothenburgum, parentibus tandem reuifere maximum filiorum eundemque Sponsum, tanto erat gaudio, vt plane nequirent huius abnuere preces, quibus, vt suis nuptiis bene precando interessent, rogauerat, et ut ipsi, quantopere esset sibi gratulandum, viderent. Itaque cum ipso, durissimo licet frigore et infestante patrem haud leui imbecillitate, profecti sunt. Erat autem nuptiarum dies eodem anno XL. a. d. XXX. Iunii.

Votis deinde et omnibus quibusque faustissimis par fuit matrimonium ipsum, nonnisi exitu, qui res quasque finit humanas, et aliquot calamitatibus, quae plerumque miscent eas, graue. Non duas dixisses animas verum vnam duobus in corporibus vigere, piam, suauem, tranquillam, sincere cultui DEI deditam, hominum amantem, sedulam, vnice veritatis rerum, honestarum, decorarumque studiosam, nec nisi in his curiosam actuosamque. Solo igitur pietatis atque virtutis negotio quum esset vterque coniux implicatus, mirum non erat, si quotidie magis, vt Vxor Maritum, ita Maritus Vxorem, in illo eodem negotio quasi deuincire sibi denuo ac demereri studebat. Sed tamen admiratus est semper familiarissimus quisque libellum illum, quem adhuc scriinia recondunt, sacris dicatum diuinisque meditationibus (16), quem Vxoris rogatu Maritus elegantissimis, vt verbis de Suecico expresserat Germanicis, ita litteris ipse pinxerat, illa vero, ne posthac eius, quod impetrauerat, memoria oblitteraretur, suis quoque verbis, gratam testificantibus mentem et pietatem ipsam spirantibus ipsumque amorem, ornauerat. Quem libellum, rectissime sane facient posteri, si, tanquam amabile documentum animarum, quae coniunctae fuerunt vnquam, optimarum, instar gemmae, custodient atque seruabunt.

Proles illud coniugium secuta haec est. Primus nascebatur filiolus IOHANNES LAVRENTIVS a. XLI. a. d. XIII. Octobris, at vero, proh dolor! eiusdem mensis die XXX. a variolis necabatur.

Alter quoque Filius et eodem nomine IOHANNES LAVRENTIVS, natus a. XLIII. a. d. II. Maii, mercatoriis apud nos feliciter dat operam artibus et mortem Parentis impensissime dolet.

Tertia Filia MARGARETA IVDITH, animi dubium an corporis forma elegantior, diem XII. Iulii a. XLV. natalem habuit, anno autem LVIII. emortuaem.

Quarta CHRISTINA ELISABETA, nata fuit a. XLVII. a. d. XXI. Martii, sed Coniugem nunc quoque defunctum, HENRICVM ALBERTVM GRAVENSTEIN, Mercatorem olim atque Pistorum dulciarium, cui iungebatur a. LXVIII. a. d. XVIII. Augusti, nulla beatum prole, in alteram vitam a. LXXXII. a. d. IV. Aug. antegressa est.

Quinta CARITAS, a. L. a. d. XX. Sept. luce donata, sicuti viuuit adhuc, ita vt diu viuat et ingentem superet luctum, candide precor. In matrimonium collocata feliciter a. LXXX. a. d. VII. Dec. Viro admodum reuerendo et praeclarissimo IOHANNI LVDOVICO HERTEL, Ecclesiae Iacobaeo meritissimo, duos huic filios est enixa, parenti nepotes, nempe 1. *Fridericum Guilielmum* a. 1781. a. d. 13. Sept. extinctum breui post mensis eiusdem die vicesimo, qui natalis genitrici, emortualis auiae fuerat, 2. *Fridericum Guilielmum* a. 1782. a. d. 30. Aug.

Ac liberos hosce itidem semper studuit, vt ipse institutus a suis parentibus quondam erat, pie, sollicitate, religiose, nec exemplo minus, quam voce, formare, et coniugem dulcissimam habuit ea quoque in re adiutricem longe exoptatissimam, quam denique a. LXXIX. a. d. XX. Sept. post diuturnum triennii languorem tanto acerbius amisit.

Talis ergo suis vixit. Qualis vero reipublicae? Ciuica, quae geri solent, negotia, satis ardua partim ac difficilia, gessit fideliter, sedulo feliciterque fere omnia, prout ingenio illo miti, sed simul perspicaci atque cauto, dignum erat. In Collegio illorum, qui nomen habent a faciendis in Scandiam cursibus, omnium semper meruit applausum, et in primis, posteaquam inter maximos et aetate grauissimos erat constitutus, vt laudem quoque, quam recti conscientia, non splendide, fortiter audacterue factorum gloria fretus, minime expeteret, assequeretur tamen abunde.

Duo praesertim laudabiliter ante aliquot annos et perquam vtiliter instituta si minus auctorem habuerunt eum, tamen inter effectores primarios haud vltimum. Alterum aerarium illud publicum, in quod qui modicam pro rata portione pecuniam conferunt, iis ab incendiolorum periculo atque damno, quam fieri potest, optabiliter cauetur. Cuius rei primas vt lineas, vna cum paucis adiutoribus, duxit, ita composuit quoque rationes. Alterum adhaerens Ptochotrophio sanctae Annae nomen praeferenti ergastulum lanarium, cuius itidem ille scripsit aliquot vt formas, ita regulas primas atque leges in vtilioribus habendas.

Quas quidem praecipue ob causas postquam inclarauerat diu apud omnes, PATRIBVS quoque, qui altius eneheretur, et in Ordinem cooptaretur Amplissimum, dignissimus est visus. Itaque Reipublicae Senator factus est a. d. LXXII. a. d. XXIII. Septembris, indutus autem triduo post noua dignitate. In qua tamen antiquum obtinuit hactenus, vt nihil a religione conscientiae veraque pietate, nihil a strenuitate laborandi, nihil a modestia, mansuetudine, constantia, nihil

(16) Dignus ille habetur a viris intelligentibus, quod scio, *Beicht- und Communion-Andachten*, auctore ADAMO PETERSONO, apud Suecos olim V. D. M. qui typis etiam apud nos exprimat, hoc indice: *Geistreiche*

nihil denique a morum animique sinceritate tranquillitateque discederet. Per gradus caeteroquin ascendendo fere singulos, quos faciendos ex ordine Senatoribus Curia praescribit, eum se Virum praestitit, qui negotiorum quorumque varietati, etiam nouorum, etiam transigendorum saepe sine adiutore Collega, par esset et, vndeunque discessisset, ibi egregie factorum vestigia relinqueret, siue prouincialia ipsa habuissent occupatum negotia, siue vrbica, siue bellica, siue ciuilia, siue sacra, nam Petri quoque templi tutela postremo fuit oneratus, item, administrata censura pariter et vtraque praetura, publici aerarii praesidio et cellae vinariae et pharmacopolii admotus, in quo mors illum gradu pro dolor oppressit.

Hanc vero tam pius Vir et amans DEI, tantum abfuit, vt timeret, vt potius dudum antea, sanus et incolomis quum esset, cupierit ex hac vita discedere, nunc sine dubio gauisurus magis ac prius, modo prius, abeundum sibi esse, sensisset. Vexatus ille fere vno tempore et eodem calamitatibus multis, facultatum bonae partis, Filiarum duarum, vnus Generi, vnus carissimae Astinis amissione, Vxoribus obitu, quem omnium acerbissime luxit, corporis non potuit sane non deficere viribus, at animi tantum retinuit roboris, Christianae religionis praecipue munitionibus armatus, vt mala praeter viduitatem omnia spernere cerneretur, neque alia refici cuperet curatione aut medela, quam facrarum et litterarum et caeremoniarum et eius pabuli, quod a suis voluit morti vicinus Redemptor adhiberi, cuius et nuper admodum in publico coetu particeps erat factus. Itaque tranquillo saepius animo illum audierunt Liberi de domestica fortuna loquentem et hoc sibi praeter caetera dicentem: *Non ego sum vobis, quando moriar, opes, at a DEO salutifero potiora quibuslibet opibus, relicturus. Ita enim DEO visum est! Praeclara sane et digna vere Christiano homine sententia! Digna Viro, qui plurima eorum, quae litteris consignata reliquisset, ab his inceptis verbis religiosissimi patris Israelitarum: Indignus ego sum, Domine, beneficiorum omni genere, quae tu mihi praestitisti.*

Et omnino, si abstineres a desideratissimae Coniugis mentione, in qua vehementissimis plerumque animi motibus exagitabatur, praeter languidam quandam sensuum atque mentis tarditatem potius, quam inertiam, nihil in illo fere inquietudinis, tristitiae, aut anxietatis, verum omnia robusta, vegeta, firma deprehendere videbaris, etiam si multiplex malum occulte serpsisset per ima viscera, nemine, ne ipso quidem, sentiente, dubium non est. Sed ista plenius narrare et exploratius inuat ipsis Medici ordinarii verbis, viri nobilissimi et experientissimi, CHRISTIANI FRIDERICI TRENDELENBURGII, scientiae Medicae Doctoris et Effectoris celeberrimi, qui adhibita in casum amabili cura et omni ope, arte, doctrina, tandem illa testari coactus est, quae beneuole mecum communicata hic infero:

„Sanitate in ipsamet etiamnum senectute senex ille vere venerandus, VIR PRAENOBILISSIMVS, PRVDENTISSIMVSque BAGGE, reipublicae nostrae senatus amplissimi membrum dignissimum, satis integra, inconcussa-incorruptaque assidue ac indefinenter gaudebat, usque dum ultimis hisce temporibus decreverent sensim sensimque vires eius tum corporis tum & animi; id quod quibusdam aliquantisper post amatae uxoris obitum conspicium erat & constabat, ex parte sane, vel praecipue procul dubio ex moerore ob illam eius iacturam clandestino. Languescentibus ita viribus, tandem ex gravioribus, de quibus ipsemet conquestus est, animi motibus, Vir, qui alias semper miti erat ac mansuetus, tranquillo acquoque animo, corripiebatur bilioso morbo chronico lentoque, ictero dicto, non graui quidem, ast pertinacissimo, atque in ea aetate semper formidoloso metuendoque. Satis aequae illi ipse ferebat, cum plurima incommoda, grauioraque illum plerumque concomitantia abessent Symptomata; nisi quod praeter ictericum colorem, diarrhoea eum vexaret saepiuscule fereque perpetua, secedentibus plerumque excrementis albidis mucosisque, una cum urina, bile copiosa viridi nigraque semper onusta sinctaque, & ciborum magis magisque deficeret appetitus, atque residuae paruae vacillantesque vires pari passu evanescerent hinc fere penitus. Quibus ex mero tamen magis miasma, quam ipsa vi morbi icterici, plane fractis, absque febre manifesta, immo vix cum febriculae quodam vestigio, in somnolentiam incidit moribundus profundam lethalemque, qua quidem per aliquot dies sepultus, neque inde iterum expergefactus placide obdormit Vir senex vere venerabilis & integritate, dexteritate, ingenuitate ac amicitia penitus non fucata conspicuus ac plane amabilis, quemque iam mecum desiderat ipsa curia, civitas, atque agnati amicique.


Atque in his praeter caeteros nemo magis, quam ex ordine sacro Triumviri admodum reuerendi, praeclearissimi, meritissimi. Primus AVGVSTINVS MATTHIAS GIESENHAGEN, sacri gregis Cathedralis Pastor fidelissimus, in quem dudum omnis a pio Viro animi cura erat deuoluta. Alter eiusdem sacri gregis Archidiaconus Praestantissimus, IOHANNES HENRICVS CARSTENS, qui aegrotantis Collegae diligenter opplendo vices Hunce Decumbentem iterum iterumque facundis alloquiis diuinoque solatio erexit. Tertius Gener, IOHANNES LVDOVICVS HERTEL, Symmysta Iacobaeus dignissimus, qui fere nunquam ab Eodem, neque languente, neque moriente, discessit.

Qui quidem refert quoque de letali Soceri sopore, postremum continuo, sed sub initium interrupto per intervalla nonnunquam suorum compellationibus hilarissimis iucundissimisque. Et earum ansam arripiens Hic cupidissime nunc Illi praebat preces, nunc in memoriam dulcia DEI dicta reuocabat, quae palam Ille deprehendebatur ima mente reponere. Estque praesertim operae pretium, audire, quae per huiusmodi occasiones ante obitum die septimo sub meridiem gesta sint. Hic enim: Ait CHRISTVS, inquit: *Ego sum resurrectio et vita. Quisquis crediderit in me, vel mortuus viuet.* Ille vero: *Viuet,* inquit, *et ego viuam,* et post pauca momenta, vt moriturus, praesentibus Liberis bene precatur graui et penetrabili oratione, nepoti, quem requirebat, idem, si aduisset, praestiturus. Iamque, quod dormire se velle dixerat, sibi relictus incidit in somnum. Expergefactus hora septima Generum audit pie recitantem canticum nobilissimum, cuius auctor sub initium: *Verlatur, ait, IESVS mea fiducia, meus Redemptor in visis.* Ille verba caetera tacitus imbibens et attentus, sua facit, repetendo, sublatis manibus, illa statim, simulatque prolata erant: *Ego quoque vita fruuar.* Sub finem vale tandem omnibus, qui aderant, dicto: *En!* inquit, *inter caelites nos breui reuifemus!* Inde somnum recepit, nec euigilauit ex illo postea, sed fere continua fruitus quiete per sex septem dies in postremam illam ac beatissimam quietem resolutus est a. d. XXII. Aprilis vesperi horam inter octauam atque nonam, posteaquam sexta erat a Genero piis precibus Numini Optimo Maximo consecratus.

Ita vixit, ita mortuus est placide atque tranquille Vir examuffim optimus ac vere Christianus. Non enim, ita, vt illi, datur mori cuiquam, nisi qui vixerit ita, vt ille. Cui nihil non horum, quae modo narrauimus, gratulandum esse, quis neget? Nolite ergo VOS negare, aut similes videri negantibus, luctu, querimonia, singultibus, quotquot vehementer estis Tanti Viri amissione percussi, Liberi praesertim, et Generi, et Agnati, omnesque Cognati, sed libenter Illi, quae habet, concedite, confisi certissime, ne VOBIS quidem in posterum ex voto proborum omnium et meo, quidquam esse boni vnquam defuturum. Hoc enim Vobis fides, hoc religio sacratissima promittit.

Quumque terrae nunc ossa hodie sint exsanguia tradenda, vt funus publicum decorare velitis honorifico beneuoloque comitatu, MAGNIFICI ET ILLVSTRES REIPUBLICAE CONSVLES, summe venerabilis et illustris reuerendo Canonorum Ordini PRAEPOSITE, generosissime Eorundem DECANE, summe reuerende et excellentissime Sacrorum PRAESVL, nobilissimi, consultissimi et experientissimi reipublicae SYNDICI et Iurium scientiae Medicaeque DOCTORES, admodum reuerendi et praeclearissimi Sacri Ordinis SENIOR, PASTORES atque SYMMYSTAE, nobilissimi, generose, prudentissimi et amplissimi reipublicae SENATORES, PROTONOTARIE et SECRETARII omnesque, qui iam potestis a me rogari, humillima, obseruantissima, humanissima pietate rogamini.

P. P. ipso exsequiarum die XXX. Aprilis A. MDCCCLXXXIV.





Generis Materni Auus IOHANNES idemque prisca consuetudine HANS CALMS, Hamburgensium ciuis natus, nburgensium factus, et inter hos eosdem mercator fuit, Auia vero CATHARINA gentis illorum, qui dicebantur TH.

Proauos hinc Abauosque solos possum prodere, Paternos pariter atque Maternos, illos Noruagos, more patrio gerentes nomina, paterna filiis dantes, horum Suecos duos, et Hamburgenses totidem, non Proauias Abauiasque, in notitia me praeterit, nempe Proauum Paternum primum NICOLAVM FRIDERICI BAGGE Marstrandae curiae Magistrum, ordinis mercatorii, secundum LAVRENTIVM PASCASII WANDELINVM, qui Marstrandae in gregem paut, Maternum primum HENRICVM CALMS, qui pannos fecit Hamburgi et ibidem Centurio Ciuium secundum RÜDIGERVM siue RATHGE A SETH, qui Praefecturam Regiam Wettlandiae prope Stromstadium distrauit, Abauum Paternum primum FRIDERICVM NICOLAI BAGGE Aggerhufanum, apud Marstrandenses e Magistram et ordinis mercatorii, tertium PASCASIVM LAVRENTII WANDELINVM, Maternum primum CHIMVM CALMS, qui posteaquam Brunsviga, vbi Patre SALOMONE CALMIO natus erat, concefferat Hamburgum, primus nomini gentili CALMIORVM, sonum sibilantem, qui frequens est hominibus nostris, addi passus est, in ANDREAM SETHVM, qui ciues inter et mercatores honeste se aluit cum suis Gothenburgi.

Ibidem Parentes, quos diximus, hunc Filium suum, quem de duodecim natis maximum praeter duas filias habita educarunt, vt ante omnia DEVM Redemptorem agnoscere, amare, venerari, imitari disceret, et deinde mercatorum faciendae, cuius ingrediendae rei dabatur occasio mature, aptus redderetur, quod vtrumque non magis atque praeceptis, quam valentiori etiam exemplorum efficere pulchritudine et splendore studuerunt.

Quintum decimum hinc ingressus aetatis annum, qui saeculi erat vicesimus sextus, mercaturae se dare incepit, etus Lubecam vna cum hero suo futuro, mercatore tum florentissimo et spectatissimo Ciue, LAVRENTIO MÜNDO, Lubecensi, sub quo septem posuit annis rudimenta, non otiano libidinandoue, quod nunc saepe fieri querit, sed strenue laborando; deinde quadriennium tablino praefuit. Quo tempore et duobus annis XXXIII. et XVI. quatuor in Daniam atque Sueciam itinera pro hero fecit, et in horum tertio Malmoae, suadente curiae magistro IOSIA HEGARDO, in ordinem Sancti Canuti non ignobilem intrauit, at semper, siue peregre, seu domi, sibi esse, quid ordini deberet, humanorum omnium summo, scilicet Christiano, cunctis occasionibus ostendit.

Suum vero iam certus instituere mercatum, ardentem inuocato numine, vale vltimum hero illi non sine manifestatae mentis indicibus dixit a. XXXVI. a. d. XIII. Aprilis, et ingressus est cum Affine postmodum suo reique cae meritissimo Senatore, EBERHARDO IACOBO KIPP, mercandi societatem, in qua ad annum vsque LXXII. IV. Aug. adeoque ad mortem eius vsque permanfit, immo post hunc obitum quoque cum heredibus Viri, donec elapsa o tempore vinculum illud dissolueretur.

Accrescentibus interea negotiis hisce suis priuatis quum in dies maiora publica, quae ciuibus dari solent, accedere et, matrimonii pium, faustum, delectabile, et petiit a DEO, et impetrauit felicissime alleuamentum, desponsata Virgine nobilissima et ob sanctissimam quandam religiosissimamque animi probitatem sibi simillima, CHRISTINA WIRTH, patre IOHANNE STOEVERO, spectatissimo quondam florentissimoque Mercatore a. IX. a. d. XI. Septembr. quae quidem sponsalia facta sunt a. XL. a. d. IV. Febr. nuptiae vero dilatae vsque ad quintum inde sextumque sem. Instabat enim Sponso per Daniam iter in Sueciam, quod in illa ipsa grauisima hieme differri erat nefas. In quo diuertisset Gothenburgum, parentibus tandem reuisere maximum filiorum eundemque Sponsum, tanto erat gaudio, ane nequirent huius abnuere preces, quibus, vt suis nuptiis bene precando interessent, rogauerat, et ut ipsi, quantotum, viderent. Itaque cum ipso, durissimo licet frigore et infestante patrem haud leui imbecillitate, t autem nuptiarum dies eodem anno XL. a. d. XXX. Iunii.

et omnibus quibusque faustissimis par fuit matrimonium ipsum, non nisi exitu, qui res quasque finit et calamitatibus, quae plerumque miscet eas, graue. Non duas dixisses animas verum vnam duobus in am, suauem, tranquillam, sincere cultui DEI deditam, hominum amantem, sedulam, vnice verarum rerum, arumque studiosam, nec nisi in his curiosam actuosamque. Solo igitur pietatis atque virtutis negotio Coniug implicatus, mirum non erat, si quotidie magis, vt Vxor Maritum, ita Maritus Vxorem, in illo si deuinire sibi denuo ac demereri studebat. Sed tamen admiratus est semper familiarissimus quisque quem adhuc scrinia recondunt, sacris dicatum diuinisque meditationibus (16), quem Vxoris rogatu nis, vt verbis de Suecico expresserat Germanicis, ita litteris ipse pinxerat, illa vero, ne posthac eius, memoria oblitteraretur, suis quoque verbis, gratam testificantibus mentem et pietatem ipsam spirantem, ornauerat. Quem libellum, rectissime sane facient posteris, si, tanquam amabile documentum coniunctae fuerunt vnquam, optimarum, instar gemmae, custodient atque seruabunt.

coniugium secuta haec est. Primus nascebatur filiolus IOHANNES LAVRENTIVS a. XLI. a. d. vero, proh dolor! eiusdem mensis die XXX. a variolis necabatur.

Filius et eodem nomine IOHANNES LAVRENTIVS, natus a. XLIII. a. d. II. Maii, mercatoriis dat operam artibus et mortem Parentis impensissime dolet.

MARGARETA IVDITH, animi dubium an corporis forma elegantior, diem XII. Iulii a. XLV. nato autem LVIII. emortualem.

ISTINA ELISABETA, nata fuit a. XLVII. a. d. XXI. Martii, sed Coniugem nunc quoque defun- M ALBERTVM GRAVENSTEIN, Mercatorem olim atque Pictorem dulciarium, cui iungebatur a. III. Augusti, nulla beatum prole, in alteram vitam a. LXXXII. a. d. IV. Aug. antegressa est.

ITAS, a. L. a. d. XX. Sept. luce donata, ficuti viuit adhuc, ita vt diu viuat et ingentem superet recor. In matrimonium collocata feliciter a. LXXX. a. d. VII. Dec. Viro admodum reuerendo et IANNI LVDOVICO HERTEL, Ecclesiasticae Iacobaeo meritissimo, duos huic filios est enixa, parenti 1. *Fridericum Guilielmum* a. 1781. a. d. 13. Sept. extinctum breui post mensis eiusdem die vicesimo, ci, emortalis auiae fuerat, 2. *Fridericum Guilielmum* a. 1782. a. d. 30. Aug.

osce itidem semper studuit, vt ipse institutus a suis parentibus quondam erat, pie, follicite, reli- lo minus, quam voce, formare, et coniugem dulcissimam habuit ea quoque in re adiutricem longe uam denique a. LXXIX. a. d. XX. Sept. post diuturnum triennii languorem tanto acerbius amisit.

is vixit. Qualis vero reipublicae? Ciuica, quae geri solent, negotia, satis ardua partim ac difficilia, ulo feliciterque fere omnia, prout ingenio illo miti, sed simul perspicaci atque cauto, dignum erat. n, qui nomen habent a faciendis in Scandiam cursibus, omnium semper meruit applausum, et in inter maximos et aetate grauissimos erat constitutus, vt laudem quoque, quam recti conscientia, rtiter audacterue factorum gloria fretus, minime expeteret, assequeretur tamen abunde.

tim laudabiliter ante aliquot annos et perquam vtiliter instituta si minus auctorem habuerunt eum, ores primarios haud vltimum. Alterum aerarium illud publicum, in quod qui modicam pro rata a conferunt, iis ab incendiorum periculo atque damno, quam fieri potest, optabiliter cauetur. Cuius as, vna cum paucis adiutoribus, duxit, ita composuit quoque rationes. Alterum adhaerens Pto- e Annae nomen praeferenti ergastulum lanarium, cuius itidem ille scripsit aliquot vt formas, ita re- e leges in vtilioribus habendas.

a praecipue ob causas postquam inclaruerat diu apud omnes, PATRIBVS quoque, qui altius eue- inem cooptaretur Amplissimum, dignissimus est vilus. Itaque Reipublicae Senator factus est a. d. LXXII. embris, indutus autem triduo post noua dignitate. In qua tamen antiquum obtinuit hactenus, vt nihil entiae veraque pietate, nihil a strenuitate laborandi, nihil a modestia, mansuetudine, constantia, nihil

habetur a viris intelligentibus, quod scio, *Beicht- und Communion-Andachten*, auctore ADAMO PE- d nos exprimat, hoc indice: *Geistreiche* TERSONO, apud Succos olim V.D.M.

